Quelle:
Copyright:



nisi certiora emergant, in tanto Joannem Huss oppugnantium numero, selectu haud facilis erit.

20. Fol. 247a–277a

Tractat. de superstitionibus et speciebus ejus.

Rubrica est: "Tractatus de superstitionibus et speciebus ejus." Incipiam: "Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus &c. Constat fidem veram &c". In fine: "Explicit tractatus seu questiones contra incantationes venerabilis magistri Galbi /seu Salbi/ doctoris in theologia." Eandem anonymum exhibet Lambecius in Bibl. Cas. Coment. edit. Kollar. lib. 2. col. 630.

21. Fol. 277b–284a.

Joan. Gersonii tract. de celebr. misse.

Joannis Gersonii tractatus de celebratione misse. Incipit: "Dubitatum est apud me frequenter." Extat etiam sub alio titulo in Cod. XLIX. In fine subscriptum est: "Explicit tractatus bonus de celebratione Misse editus a magistro Johanne Gerson /Gerson/ sacre theologie professore et studii parisiensis Cancellario."

22. Fol. 284b–302b.

Tract. de Canone misse

Tractatus de canone misse. Incipit: "In nomine domini amen. Cupis a me fraterdilectis in domino, ut circa canonem missealem quas meditationes tibi compendiosas depingam! Est pia, et sua instructio ad missam